

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio q
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Passio q:

Fraudulenta promissio!

Maius fecit surgens de sepulcro et non creditis. Nunc si de cruce descenderet, non crederetis.

Ieronymus super illud Matthei XXVII.: Descendat de cruce et credimus ei.

Fons proximus:

Et credimus ei.

Fraudulenta promissio.

Maius facit surgens de sepulcro et non creditis. si ergo de cruce descenderet non crederetis.

Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Mattheum, 27.42 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Fons primus:

Fraudulenta promissio!

Quid est plus de cruce adhuc uiuentem descendere an de sepulchro mortuum surgere? Resurrexit, et non creditis. Ergo etiam si de cruce descenderit similiter non crederetis.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in euangelium Matthaei*, 4.27.42 (CCSL 77, D. Hurst & M. Adriaen eds., p.272, ll.1728-1732).